



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Conditio Prima. Omnes socii aliquid conferant. Caput II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT II.

Omnes Socii aliquid confe-
runt.

Qua est Condicio Prima.

Qui ad negotiationem simul coount debent omnino aliquo tandem modo ad illam concurrere, sive pecunia, sive opera, sive industria, sive instrumenta, vel materiam praebendo, &c. Ratio est, quia si nullo modo concurrent, unde titulum habebunt ad lucrum ex Societate corradendum? Palliat ergo usuram, seu melius furcum manifeste committit, qui ex negotiatione aliorum partem lucri habere velit, sedente ipso domi, & nihil prouersus conferente. Id, præterquam, quod sacerdotem tangetur in sequentibus, ita clarum est, ut majori disculphone non indigeat.

CAPUT III.

Negotiatio sit honesta.

Qua est Condicio Secunda.

Hanc conditionem, ut negotiatio in qua contrahitur Societas, & pro qua pecunia exponitur, debeat esse licita, ponunt communiter Doctores, a eamque sic affert Textus. *b Si maleficii Societas contra l. Nec sit, constat, nullam esse Societatem: generaliter primitur enim traditur, rerum in honestarum nullam. Solum pro ceterat esse.* Ex hoc ergo videtur sequi, si ego sum fav. numerem pecuniam Meretici v. grat. ut illa L. quod commoda domo instructa, & vestibus ornata sum L. lucretur, nullam prouersus fore Societatem.

Quid satis. *a* Verum distinguendum omnino est antea factum, & post factum, ut innuit Bonac. *c* Si enim consideres hanc illicite negotiationis Societatem, antequam lucrum habatum fuerit, vel antequam turpis negotiatio facta, nulla est Societas, obliganturque socii, eam dissolvere, etiam re non integra, quia obligantur semper a peccato recedere. At vero postquam peccatum commissum est, seu turpis negotiatio est patrata, & lucrum conquistatum, non videtur æquum, ut nulla sit Societas, ita ut in dicto exemplo Meretix to-

tum lucrum sibi in foro conscientiae retineat, nihil vero det ei, qui pecuniam contulit. *Dico, In foro conscientiae, nam in foro externo conferent pecuniam in usum malum, non dari actionem, immò cum puniri & debere, d Leges ci-jam scio.*

tata & ff. Pro

3. Ut allata distinctionis aliud exemplum Socio.
habeas, fac, duos, vel plures per Societatem coire, ut occidant v.g. Petrum, spe, vel promissione acquirendi centum aureos ab ejusdem Petri inimico. Hi profecto ante patratum seclus semper obligantur, iniquam hanc conspiracym deponere. At vero si, iniquitate persistente, factio ab omnibus impetu, collatoque sibi invicem auxilio, Petrum occidant cum æquali periculo, ne ipsi potius occiduntur, quam Petrus, & ne à Principe æquali morte puniantur, non erit æquum, ut unus tantum acquirat centum prædictos aureos, & nihil Socii participant de luero.

4. Quod si conferas tuas pecunias cum aliquo, qui illis pecuniis usurpas exerceat, non est mirum, si tu nihil debebas participare de luero, nam neque ille alius participare poterit, quia tunc totum lucrum est restituendum illis, a quibus acceptum contra Justitiam est: at in exemplis dictis, in quibus, post patratum seclus, pecunia, ex probabili sententia, retineri portet, ut alibi e docuimus, sa-

e L. 7. in

Dec. c. 5. §-

5. Ex qua sic bi eviter, distinguendo, con-clude, nullam esse Societatem ante factam negotiationem i honestam, quia est relin-deria; post factam autem, tunc solum esse nullam, & totum ejus lucrum restituendum ei, à quo receptum fuit, quando lucrum fuit contra Justitiam commutativam receptum, non vero alias.

3. ann. 8.

CAPUT IV.

Ut æqualitas servetur in conferendo.

Qua est Condicio Tertia.

I. *P*rofecto non est æquum, ut tu v.g. conferas centum, & alius v.g. decem, addito pacto, ut æquale deinde lucrum reportetis. Quare, vel tu & æquales sint in estimabilitate partes, quas uterque conferatis, vel certè lucrum, quod tu recipis, sit ad ratam ejus, quod contulisti, ut in quinta Conditione dicemus.

LIII 3

z. Ut